



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 6. Iurisperitorum, ac præcipuè Christophori Longolij honor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](#)

150 Cap. IX. Honor coniugibus, dominis,  
§. VI.

*Iurisperitorum, ac pricipue Christophori  
Longolij honor.*

Ne autem medicis tantum cum opibus  
cumulatos fuisse honores arbitremur, plen-  
num carmen ad Iuris quoque consultos di-  
gitum intendit, est enim tale:

*Dat Galenus opes, dat Justinianus honora.  
Postem hic tota agmina producere eorum  
qui Consiliarij, qui Prætores, qui Iudices,  
qui Cancellarij, qui Principum, qui Regum,  
qui Imperatorum intimi fuerunt; qui lega-  
tiones amplissimas obierunt; qui titulos, &  
dignitates maximas acceperunt; quia Iuris-  
Author periti erant. Sed obuia prætereo. De Chri-  
vitæ Chri- stophoro Longolio multa præclarajudicia princi-  
stoph. Longolij. per viri fecere. A rege Hispanie Philippe du-  
deviginti annos natus, sanctioribus illis recondi-  
tarum rerum notis, quibus hodie unius omnia  
prope regnorum arcana committuntur, præ-  
fectus. A principibus Pannonia magno pro-  
fiso præmio accessitus, ut regem puerum optimis  
artibus instituendum susciperet. A Ludonico  
XII. Francorum rege non unius aut alterius  
sua ditionis urbium, sed universi regni virib[us]  
uno edicto est donatus. Consilij centumvirali  
Parisensis iurati summo cum consensu in collegio  
suum*

benefactorib. rerum peritis, amicis debitus. 151

suum cooptarunt, habiturum in perpetuum in  
vita & necis, ac summam fortunarum omnium  
potestatem, non in plebem modo, sed in omnes re-  
gni proceres. Vicesimo octavo etatis anno a Leo-  
ne X. Papâ & Rom. pop. cinctus ei Romana  
ultrò est oblata, virtutuq; & litterarum ergo ci-  
uis factus. Quae res quamvis initio multarum  
illi turbarum causa fuit, multis clam inui-  
dentibus, nonnullis vero nobilissimis viris cum  
oppugnantibus, & virtuti eius obtrectantibus,  
ita ut etiam perduellionis criminе accusaretur,  
tamen optimè cessit, nomenq; eius & gloriam  
magnopere auxit. Postquam enim amicerum  
cura defensiones eius in lucem prodiere, ita ab  
omnibus sunt probatae, ut multi dicent, non  
Longolium ciuitatis donatione ornatum, sed  
ipsum ciuitatem illis oratioibus ornasse, in qui-  
bus ciuitati vetera sua ornamenta omnia resti-  
tuisse videretur. Principi vero ita placuisse, ut  
oblitus pene quid aduersario eius tribuisset, quæ  
paulò ante, nulla magis re alia motus atque eius  
in Longolium actione, in familiarium numerum  
recepérat, protinus iuberet, ut diplomata Lon-  
golio expedirentur, quibus ratum esset, quod  
S. P. Q. R. de ciue eum ascensiō decreuisset,  
preterea quod ipse de priuato arario ad tuenda  
studia eius conceperet, atque ad eum ubicumque

K 4

terra-

152 Cap. IX. Honor coniugibus, dominis,  
terrarium esset, deferrentur, ea tamen lege, ne  
sedem studiorum alibi quam in Italia poneret.  
Multis præterea honoribus affecit: nam in Pa-  
latina & Læteranensis aula comitatum sua spon-  
te cooptauit, & in Romani pontificatus scriba-  
rum numero esse voluit. Eum populus Floren-  
tinus non solum in ciuitatem suam ad instituen-  
dam bonis artibus iuuentutem iuuit, verum  
etiam vitena quina in annos singulos sestertio-  
rum nummum millia ex arario publico decrevit.  
Tanta in existimatione fuit Christophorus  
Longolius, ob litteras profanas, etiam apud  
non profanos. Qui neque iura, neque iu-  
stitiam curant, neque Iurisconsultos mag-  
nopere curant. Quocirca eos honore prose-  
qui, existimant, esse oleum perdere, aut  
Oresti pallium texere. Boni & æqui aman-  
tes, etiam hoc æquum putant, atque ex lege  
fieri, ut amentur legum amatores.

#### §. VII.

##### Theologorum ac SS. Patrum honor.

De ijs, qui ob peritiam scientiæ sacrae sunt  
ad maximas dignitates promoti, quid di-  
cam? cum eorum multitudo numerum su-  
peret? Quanti enim ad mitras, & tiaras,  
ad Episcopatus, & purpuram Cardinali-  
tiam, denique ad Sedem Apostolicam (qua  
est